cōseruacioni Ciuium vestrorum studeatis. Quo fiet ut hęc causa ad aures sanctissimi Dñi nostri nō veniat qui iusticiā omniū Christianorꝝ: ad Apl̄icam sedē cōfugienciū: deserere indefensam nō potest. Et nobis in eo rem gratissimā facietis: ob quā maxime huic vestrę Ciuitati debebimus: responsum vestrū ad votum habituri.

Ciuitas et Senatus respōdet: & se excusat in q̄ iniuste a quodā Procuratore dęlati sunt.

Petrus Schottus nomine Magistratus Argeñ. Reuerendissime in Christo Pater et Domie: obtēperāciam ꝓmptā: spōtaneaqꝫ obsequa. Lr̄is ad nos supioribꝰ diebꝰ pscriptis: Reuerēdissima V. P. significauit: Mgr̄m Ioannē Rot familiarē suū: Ciuēqꝫ nr̄m: eidē. R. P. V. nō sine graui lamētaciōe cōquestū esse: se insidiosam & nimis grauem iniusticiam propter nō seruatū Iuris ordinē: apud nos esse perpessum. In quo nos eciā in causam trahere visus est: qꝛqꝫ ipsum ad pedes sanctissimi Domini nostri proclamare volentem Reuerendissima V. P. retraxerit: prout Epistole tenor clarius & diffusius explicabat. Nos vero tametsi arbitrati simus: nullam huiuscemodi querelam Magistro Iohanni necessariam fuisse: quippe cui nihil iniusti: nihil iniqui a nobis (uti credimus) acciderit: nec ei cum racione Ciuilitatis: nobis fidelitatis iuramēto obstrictus existat: prout adhuc astringitur: licuisse insontes nos & immeritos deferre. Tamen immortales gracias habemus et agimus Re. V. P. quæ nos tam benigne: clementiqꝫ fauore in eo negocio prosequuta est: desiderantes magnopere: vbi primū opportunitas accesserit: re ipsa paratissima mente referre. Verum ne res gesta Reuerendissimā vestram P. lateat: & ut Actorum nostrorum sinceritas facilius perspici possit: summā causam breuibus aperiendam: nō inutile duximus: quā


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG